

ordo natura, quæ sine medio extremorum transi-  
tum non admittit, cap. xxiv, 19, ibi enim ab aquis  
nivium transeunt ad calorem nimium, id quod  
intensissimum auget dolorem, ex pugna scilicet  
extremorum, ut patet in manu gelidissima ad  
ignem adnota: item ordo nature duo in eodem  
subjecto contraria in gradu intenso non admittit,  
sed ibi sunt multa contraria simul *Isai. LVIV, 2* :  
« Aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen  
tum inimicis tuis : sic calor et frigus, labor et  
otium, desiderium et odium ejusdem rei quam  
desiderant. Locus confusionis et Babylonia, ubi  
nullus ordo charitatis, nullus ordo pœnarum :  
ita enim, teste Gregorio, supplicia per Dei justitiam  
ordinata in mente damnatorum ordinata  
non sunt. *Sed sempiternus horror inhabitat* : si post  
millia millium annorum finem habent pœnæ,  
felix faustumque vobis esset, o damnati : pœnæ  
vestræ non essent sempiternæ : si post millia  
millium ac millium annorum inciperent vel in-  
sensibiliter minui pœnæ, felices adhuc forent ;  
« sed sempiternus horror inhabitat » quamdiu  
divina justitia perdurabit, tandiu durabunt pœ-  
næ. « Justitia tua justitia in æternum » *Psal. cxviii*.  
O æternum ! o æternum ! « Quis poterit habitare  
de vobis cum igne devorante, et cum ardoribus  
sempiternis ? » *Isai. xxxiii, 14*.

Hoc igitur prudens sit consilium in hoc genere,  
ut ante mortem tempestive pœnitendo delicta  
nostra expiemus in quo omnis mora dilatioque  
nimium periculosa est : nam multa hominum  
millia cunctando et differendo pœnitentiam rem  
funditus perdidit. Et si laudem in antiqua  
memoria Fabii cunctatio illa consecuta est, va-  
leat in bello, ut temeritati via intercludatur, ve-  
re jaceat in pœnitentiæ castris et virtutum ex-  
peditione, in qua dictum aureum Alexandri Ma-  
gni audiendum et sequendum est : qui potentis-  
simus fortissimusque princeps cum rogetur

« adven-  
tatoris  
electus »

« pœnitentia non differenda usque ad mortem »

quonam modo tam brevi temporis intervallo  
universum orbem domisset : *Μηδης αναπαύσασθαι, nihil cunctando*, inquit, nihil procrastinando. Hauerat dictum atque prudentiam forte a prestanti poeta Hesiodo, cujus in operibus illud est arcanæ sapientiæ præceptum, *μη δ' αναπαύσασθαι εις τ' εμεν, non differendum in crastinum*. Denique nusquam est effectum illud verius quam in pœnitentiæ et virtutum actionibus, quod Herous in Historia vates Lucæus lib. I, cecinit :

Semper nocuit differre parata.

Hæc atque similia meditari oportet eos, qui sibi in vita atque morte consultum esse voluerint, ut non expectent, donec caligine lumina obducantur, et sensum vigor deficiat, et obsolescat usus rationis, sed occupent, et prope dicam experiant illum statum priusquam eveniat hoc qui sæpe in vita fecerit, multo erit in morte robustior ad sustinendam formidabilem rerum impressionem, et jucundum genus consolationis percipiet. Dictum est D. Cypriani *Epist. 32*, sane aureum, quod præstaret in omnium animis alle inscribi : « Nec dignus est in morte accipere solalium, qui se non cogitavit esse moriturum. » Est genus quoddam sapientiæ longe clarissimum, arque una omnium excellentissima, bene mori : quod subito atque uno die non discitur. De qua vere dici potest quod pronuntiatur de bella scientia Cassiodorus *Epist. 40* : « Ars bellandi si non præluditur, cum necessaria fuerit non habetur. » Est ergo mortis præmeditatio necessaria, de qua pulchre S. Leo serm. 5 *De Jejun. sept. mensis* : « Hæc sollicitissima meditatio debet esse sapientis, ut quoniam breves dies istius vite, et incerta sunt spacia, in qua se non cogitavit esse moriturum, nec inordinatum incidat finem, qui se non vit esse mortalem. »

Mors præmeditanda animam quam accidat.

CAPUT UNDECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sophar tertius amicorum tertio Jobum loco aggreditur, loquacitatis ipsius et jactantiæ incensum, quod se in conspectu Dei purum promississet, et immerentem affligi conquereretur; cum tamen secretorum Dei consiliorum ignarus longe minores quam pro merito suo pœnas venderet : ac proinde suadet, ut Omnipotentis cervicis suæ submittat, et inscrutabilia Dei judicia veneret, et a delictis atque iniquitatibus suis respiciat, tunc illi prospera omnia et secunda fore spondens.

1. Respondens autem Sophar Nahamathites, dixit : 2. Numquid qui multa loquitur, non et audiet? aut vir verbosus justificabitur? 3. Tibi soli tacebunt homines? et cum cæteros irriseris, a nullo confutaberis? 4. Dixisti enim : Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo. 5. Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi. 6. Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, et quod multiplex esset lex ejus, et intelligeres quod

multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua. 7. Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum Omnipotentem reperies? 8. Excelsior cælo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces? 9. Longior terra mensura ejus, et latior mari. 10. Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei? 11. Ipse enim novit hominum vanitatem, et videns iniquitatem, nonne considerat? 12. Vir vanus in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum natum putat. 13. Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas. 14. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia : 15. Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis. 16. Miserie quoque obliviseris, et quasi aquarum quæ præterierunt recordaberis. 17. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam : et cum te consumptum putaveris, orietur ut Lucifer. 18. Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, et defossus securus dormies. 19. Requiesces, et non erit qui te exterreat : et deprecabuntur faciem tuam plurimi. 20. Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animæ.

Ver. 1 et 2. Loquacitas quam vitium.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM SOPHAR NAAMATHITES DIXIT : NUMQUID QUI MULTA LOQUITUR, NON ET AUDIET? AUT VIR VERBOSUS JUSTIFICABITUR? — Sophar hic Jobum loquacitatis arguit, quod vitium proprie a Grecis *λαλιὰ* dicitur : illud enim est, per quod non solum verba indiscrete, et, ut S. Chrysostomus ait, sine mente proluxæ effunduntur; sed qui hæc *ῥωσολογίᾳ* loquendique morbo laborant loqui semper, tacere nunquam volunt, nec aliis loquendi respondendique tempus concedunt. A Platone autem sic definitur, *λαλιὰ ἰσθι ἀκρίσια λόγου ἄλογος, loquacitas est intemperantia sermonis sine ratione*, ut cum v. g. seriis nugæ, profana divinis, in gravissimis disputationibus stulta et puerilia miscantur; excidunt multa quæ offendant, quæ dicentis existimationem minuant, quæ despicientiam et contemptum apud graves et prudentes viros concitent, ita ut videas « verborum quidem flumen, sed mentis guttam, » id quod festive Theocritus aiebat de Anaximenis oratione, loquacis hominis et inconsiderati. Istiusmodi ergo linguæ temulentiam Sophar hic Jobo temere impingit, dum illum multa loqui et nil audire asserit : est enim proprium loquacis et garruli velle omnia loqui, et nihil audire.

In Hebræo est, numquid verboso non respondebitur? *Et si vir laborum justus erit?* quod Septuaginta sic vertunt, *ἔτι τολιὰ λέγων, καὶ ἀναπαύσασθαι; ἢ καὶ ἔσθαιος ὄντων ἔνθα θάνατος;* qui multa dicit, et vicissim audiet? aut etiam eloquens putat se esse justum? Symmachus reddit, *ἢ ἔσθαιος ἀναπαύσασθαι;* id est, numquid multiloquus, seu verbosus, hujusmodi erit cui non respondeatur? Prioris ergo hemistichii sensus apud omnes interpretes est hujusmodi : An quia multiloquus es, ideo non erit qui tibi respondeat? persepe namque accidit ut ad verbosi hominis orationem sileamus, eo quod loqui incipientes desinere non possit *ἀπόγει, semper loquens*. Posteriori vero hemistichio significatur non esse insons, qui verbosus aut eloquens est, sed qui justam causam tuetur :

nam garrulitate nemo se justum facit apud iudices æquos et juris peritos. Quam sententiam hæc ratione exponit S. Gregorius lib. X *Moral. cap. 11* : « Neque fallacem quidem Sophar sententiam protulit, quod vir verbosus justificari nequaquam possit, quia dum quisque per verba diluili, per dita gravitate silentii mentis custodiam amittit; » ubi expendit illud, *mentis custodiam amittit* : est nempe silentium anime custodia, qua ablata, necesse est ut in animam omnia vitia irrepant. Videtur autem S. Gregorius alludere ad illud *Gen. 11, 24* : « Ejecit Adam, et collocavit ante paradisum voluptatis cherubim, et flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vite : » est animus noster paradisus, quem ne peccata ingredientur custodit silentium; quod quidem cherubim dicitur, quia qui silet nulla pollet scientia, et flammeum gladius, qui vitia procul abigit. Vel forte etiam alludit ad illud *Reg. iv, 3* : « Et ostiaria domus purgans triticum obdormivit; ingressi sunt autem domum latenter assumens spicas tritici, et percusserunt eum in inguine : » en tibi malorum caput, « ostiaria domus obdormivit. » Quid ideo? ingressi sunt latroneuli, surripuerunt frumentum, id est alimenta virtutum, et occidunt Miphiboseth : ablato enim silentio ædificium virtutum ruit, et animus misere perit, uti pluribus ostendimus *supr. cap. vi, 16*, ubi animam loquacis et garruli stillatum perire declaravimus. Verum hoc ipsimet Sophar ac sociis evenisse idem S. Doctor lib. III *Moral. cap. x* testatus est : « Nam cum tacent, inquit, justi habentur, cum loquuntur, a Domino reprobandantur; et præcipiti locutione perdidit bonum, quod multo labore mercati sunt, » ut non immerito in ipsos retorqueri possit calumnia, quam Jobo faciunt.

Silentium est anima custodia.

Silens Cherubim est similitudo stultitiae.

3. TIBI SOLI TACEBUNT HOMINES? ET CUM CÆTEROS IRISERIS A NULLO CONFUTABERIS? — Hic versus longe aliter in Hebræo et Greco sine interrogatione effertur; ac primum quidem hemistichium

Ver. 3 Varietas lectio- num.



in Hebræo sic habet, *menacia tua mortales obmutescere faciunt*. Mendacia vocans, quod se justum diceret, nec ullius criminis reum aut affinem agnosceret: item quod profligator se nihil falsi dixisse, cunctaque quæ locutus fuisset vera esse. Septuaginta vero longe alio sensu hoc interpretantur, *αὐτοεργαίως ἠνεκεί: ἠνεκεί διαφέεις, benedictus natus mulieris brevis vita*. Quam sententiam accipiunt Græci ut ad Jobum relegendum pertinent, quod mortem sibi optasset; S. Augustinus vero refert ad sententiam Jobi, qua dixit benedictum esse eum qui non diu vixit, quasi ad eam Sophr hic altud ipsum increpando, quod nimis temere de rebus soli divinæ providentiæ subjectis decerneret. Posterius vero hemistichium in Hebræo est, *subsannas, nec est qui afficiat ignominia*, q. d. Irrides nos, et sannis excipis, eo quod dixerimus te juste a Deo affligi; nec tamen quisquam te adhuc confutavit robore suffundens: hoc Septuaginta transtulerunt, *πῶ πολλοὶ ἐν ἕψατα ἤσαν· οὐ γὰρ ἔστιν ὁ ἀνταρκαίονος οὐ, ne nullus sis in verbis: non enim est qui contradicat tibi*. Quod sic accipit Olympiodorus, q. d. Nugaris, quando agere cum Deo postulas: nam neque ille tibi respondere, neque nos fas esse iudicamus. Sed acriorem longe reddidit sententiam ista formula interrogandi qua Vulgatus utitur: «Tibi soli tacebunt homines?» etc.

Non satis æquo scilicet animo ferebat Sophr tam longam Jobi orationem, qua et suam causam tuebatur, et amicorum objectiones aut depellebat aut elevabat: quare in hæc verba veluti defessus expectando indignabundus erupit, q. d. *Æquumne putas, o hominum audacissime, ut tibi libero atque prociaciter verba jactanti contumeliosa et fatua obloquatur nemo? et cum aliis subamaris convitiis imperanter illuseris, nemo tuam in loquendo libertatem coercet, aut diola respiciunt prolata confutet? Age ergo temperantius, et considera apud quos viros incondite loquaris. Num deceat, ut te solummodo blaterante, alii tanquam ignari aut inertes conticescant? Num æquum sit, ut qui oratione prolata, concitata, impietatis in Deum et arrogantia plena nos aspernari visus es, a nemine nostrum objugeris? Profecto tua prociacitas et audacia ferenda minime videtur; neque par est, ut ego tibi que commueristi minime rependam. Ubi notandum occurrit inolerabile prorsus superborum hominum ingenium, intolerabile fastidium, quo illa reprehendunt et insectantur, que minus ad illorum sensum aut voluntatem dicuntur: irrideri se putant, si ad suam insaniam alii non conivent: imo si quæ dicta fuerant inscite et temere non laudant, etiam cum illis, si Deo placet, in publico ac legitimo foro injuriarum agunt. Nilil, ut vides, dixerat Jobus non modestè, nulla in re amicorum nomen aut dignitatem violarat; et liberius et contumeliosius acceptos ab illo amicos dici fuisse Sophr; et tan-*

Sophr  
deo In-  
gnat  
menre

Caale sit  
inve-  
tum et  
perfo-  
ram.

dem dignum, qui de se audiat non dissimilla; imo ut eo loco ac tempore confutetur acerrime ad pudorem usque.

4. DIXISTI ENIM: PURUS EST SERMO MEUS, ET MUNDUS <sup>Verb. 4.</sup> <sup>Sermone</sup> <sup>purus</sup> <sup>qui res-</sup> <sup>pon-</sup> <sup>ditur.</sup> <sup>Verbo-</sup> <sup>rum</sup> <sup>lap-</sup> <sup>porum</sup> <sup>que</sup> <sup>ex-</sup> <sup>si.</sup> <sup>Manus-</sup> <sup>sermonis</sup> <sup>utitur.</sup> <sup>Verbis</sup> <sup>hierogly-</sup> <sup>phicum</sup> <sup>versum</sup> <sup>et</sup> <sup>conti-</sup> <sup>meliosum.</sup> <sup>Ordis</sup> <sup>et</sup> <sup>ligue-</sup> <sup>debet</sup> <sup>es-</sup> <sup>se</sup> <sup>con-</sup> <sup>cordia.</sup> <sup>Job</sup> <sup>ma-</sup> <sup>xime</sup> <sup>div-</sup> <sup>erens</sup> <sup>et</sup> <sup>rectus</sup> <sup>ac</sup> <sup>mundus</sup> <sup>in</sup> <sup>con-</sup> <sup>spectu</sup> <sup>Dei.</sup> <sup>Crdis</sup> <sup>et</sup> <sup>ligue-</sup> <sup>debet</sup> <sup>es-</sup> <sup>se</sup> <sup>con-</sup> <sup>cordia.</sup> <sup>Job</sup> <sup>ma-</sup> <sup>xime</sup> <sup>div-</sup> <sup>erens</sup> <sup>et</sup> <sup>rectus</sup> <sup>ac</sup> <sup>mundus</sup> <sup>in</sup> <sup>con-</sup> <sup>spectu</sup> <sup>Dei.</sup> <sup>Verbis</sup> <sup>hierogly-</sup> <sup>phicum</sup> <sup>versum</sup> <sup>et</sup> <sup>conti-</sup> <sup>meliosum.</sup> <sup>Ordis</sup> <sup>et</sup> <sup>ligue-</sup> <sup>debet</sup> <sup>es-</sup> <sup>se</sup> <sup>con-</sup> <sup>cordia.</sup> <sup>Job</sup> <sup>ma-</sup> <sup>xime</sup> <sup>div-</sup> <sup>erens</sup> <sup>et</sup> <sup>rectus</sup> <sup>ac</sup> <sup>mundus</sup> <sup>in</sup> <sup>con-</sup> <sup>spectu</sup> <sup>Dei.</sup>

dem dignum, qui de se audiat non dissimilla; imo ut eo loco ac tempore confutetur acerrime ad pudorem usque. 4. DIXISTI ENIM: PURUS EST SERMO MEUS, ET MUNDUS SERMO IN CONSPPECTU TEO. — Accusat Jobum arrogantie et tumoris in loquendo, ut qui se jactasset neque verbis neque moribus labem ullam contraxisse; Septuaginta pro eo quod Vulgatus vertit, *purus est sermo meus, reddunt, καθαρός ἐστὶ τὸ ἔργον, purus sum operibus; ex quo patet quam magna sit sermonis operisque cognatio, cum promiscue unum pro altero in Scripturis usurpetur. Purus ejus sermo est, ejus pura et munda operatio; falsi sunt, qui in puro sermone gloriantur, et se inaniter jactant, cum lululente eorum vita sit, feculenti mores: eodem spectat hebraici nominis notio דבר דבור, que sermonem simul et rem significat; unde illud *Psalm. cxi, 5*: «Disponent sermones suos in iudicio;» Maritus veritatis suas, facta scilicet et opera. Simil significat alibi sepe hoc nomen. *Jet, ut saltem colligeremus verba rebus videtur esse non debere, sed in opera vertenda, adeo ut ob necessarium nexum unius vocis complexu confunderentur: eandem ob causam eadem est manus, que symbolum operationis est, et sermonis affinitas, nam ubi Vulgatus in Proverbiis legit cap. 1, 24: *Extendi manum meam, et non fuit qui aspiceret*, Septuaginta verterunt, καὶ ἐξήρασαν λόγους, et cetera *libani sermones*; Symmachus τὸν λόγον, habet, ut Vulgatus, nam ut vivus sit sermo, manus operibus debet animari atque fulciri. Illic est quod dextera de lege quoque dicitur *Psalm. cxlii, 8*: «Et dextera eorum dextera iniquitatis;» Chaldaeus verit, *lex eorum lex falsitatis*: superiorum enim facta, sive proba illa sint sive improba, subditorum quædam lex esse videntur, adeo ut majorum exemplis minores quodammodo illigerent.**

Purus autem sermo hic idem est quod fidelis, verax, sincerus, quando is qui loquitur nullos habet cordis anfractus malitia implexos, veteratoria fraude simulatos, quos inobscure et legat oratio: quando cor et lingua symphonica dulci modulante et connectunt, sibi que respondent, hymnumque veritati et principi illius Deo assidue persolvunt; que candidi animi gratia est, et rationis in linguam prodeuntis et loquentis pulchritudo. Chrysologus sane præclare *Serm. 57*: «Inter cor et linguam totum salutis humane versatur et geritur sacramentum;» totus fidei apparatus in his reponitur, atque ex silentio et sermone textura fit quædam mirabilis, quam oculum et terra mirentur, quod denuntiat *Apostolus Rom. x, 10*: «Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem:» neque mirum si doctissimus ille Pontifex huic negotio tribuat sacramentum, numen siquidem intervenit: cor Deo loquitur, os et lingua homini satisfaciunt, vel, ut verius dicam, utrumque nexum et religiose copulatum et Deo et humano generi

servit, disjungi et discordare non possunt, quin sancta veritas mundi regina fidesque violetur. In iisdem illis quobus ut aureis in cardinibus non modo fides, verum et charitas et omne humanæ vite commercium volvitur: labante uno atque resolutio mystici corporis elegantissima species et decora structura subsidit, et ruinam molitur: nam quæ potest esse in charitas genuina et christiana, cujus cor ait, lingua negat? cujus pectus amaro felle obducitur, lingua melle saccharoque dulcescit? An non monstrum horridum est hoc biforme, celo inimicum, hominibus odiosum, in corde strictum habere gladium invidia et crudelitate politum atque vibrantem; in lingua pacem amoremque ventilare? Pius Cantor regiusque Vates in hujusmodi monstra sepe incedit, que oratione sua pungebat, atque omni animo ac mente abominabatur, cum ait *Psalm. xi, 3*: «In corde et corde locuti sunt;» hoc est duplici corde, ut Paphlagonicis videantur similes perdidicis, quos duplici corde constare *Plinius lib. XI, cap. xxxvii*, alique prodiderunt: in quibus est omen insite malitiæ, quod illas maxime fraudulentas et afferre perniciem dicit *Ælianus lib. X De Anim. cap. xxxv*, et lib. XVI, cap. xv, ut non sit mirum, si ab *Egypto sapientes* in hierographia sua, teste *Pierio lib. XXIV*, perdidicem pro contumelioso posuerint. Sed quod natura in illis volucris fecit, hoc improbitas atque scelus machinatur in hominibus, ut geminum cor præferant, verum unum, aliud fictum: illud lectum, et in arcano delitescens; quales *propheta corde* vocat *Isaias cap. xxx, 45*; hoc in os promptum atque emittens, ad fallendum compositum, cor emittunt, non ut Aristomenis olim positum, sed perfidia malignosum. Sed non talis Job, qui vel ipsiusmet Dei testimonio «erat vir simplex et rectus, s. græce ἀπλοῦς, οὐκ, ut ita loquar, *hypocriticus* (ut perperam de ipso tres hi amici sentiebant) omnia in eo clara, pura, simplicita, nihil dolose fictum, nullum oris animique tectorium, nihil tortuosum et fallax, nihil ad fraudem compositum; sed «sermo ejus purus, et ipse mundus in conspectu Dei.» Quod Apostolus nobis ante omnia commendat *Ephes. 1, 4*: «Ut simus sancti et immaculati in conspectu ejus,» hoc est Deo sacri, a terrena omni contagione vitioque purissimi, uno verbo sancti; et quod addit *immaculati*, in Græco ἀμωμοί, sic ut ne Momus quidem reperire possit aliquid in nobis, quod vel carpat aut irrideat. Præterea adjungit in *conspectu ejus*, ut intelligamus quæri a nobis sanctitatem non fictam, pietatem et adumbratam, que fuso ambitioso et fallacia puerili hominum oculis judicioque serviat; sed veram probatamque Deo, quam alio loco idem *Apostolus Ephes. iv, 24, sanctitatem veritatis* appellat.

Verb. 5. N. ATQUE UTINAM DEUS LOQUERETUR TIBI, ET SOPHR APERIRET LABIA SUA TIBI. — Optat Sophr, ut ip-

semet Deum Jobum alloquatur, et amicorum monitis minime acquiescentem compescat et confundat, sua illi crimina, ob qua puniebatur, ostendens, ut longe majori illa supplicio esse digna cognoscat, ne se de sermonis ac operum puritate amplius effera insolenter; et sic non de qualibet, sed judiciali locutione, serm sententia prolatione, qua Job reus ac sons declaretur, hæc intelligenda sunt. Septuaginta tamen ad familiarum cum Deo colloquationem referre videntur, quam Job exoptasse creditur, quando petit, ut Deus videlicet deposita sua aucloritate se alloqui dignaretur, et secum tanquam cum pari ageret, eo quod nimis alloquin impar esset hominis cum Deo congressus, nisi se humane capacitati accommodaret; unde sic vertunt, *ὁὐδὲ πῶς ἂν ὁ Κύριος ἰδὲται πρός ἐμ, καὶ ἀνοήτως ἔστω πρός ἐμ; sed quomodo Dominus loquetur ad te, et aperiet labia sua tecum?* quasi mirum Sophr significet Jobum Deo alloqui prorsus indignum esse, ideoque illud frustra postulare aut exoptare; quibus sane verbis, habita personæ ac temporis ratione, haud leviter piget ipsum, quasi Deus nunquam et locutus sit; cum tamen istis temporibus non raro Deus viris justis appareret ac loqueretur, ut ex facta *Eliphazo* revelatione, que superius cap. iv describitur, et ex historia hujus dekursu, sub finem præsertim dispositionis, et aliis Scripturæ libris luculenter patet.

De modo autem istiusmodi divinarum locutionum et apparitionum, de quo fuse disputant theologi, hoc breviter dici potest, eas ut plurimum fieri solitas per imagines et formas rerum sensibilium in phantasia representatas, sive per somnium dormientis, sive per visionem imaginariam, vel etiam vere sensibilem, externis sensibus vigilantibus objectam; quam communiter internee illustrationes simul comitari solent, quibus res revelata melius percipiatur. Nonnunquam tamen viris perfectioribus et Deo charioribus, quibus allocutiones et revelationes accidebat ex Scriptura colligitur, et Patrum et interpretum auctoritate atque expositione comprobatur. Quomodo fere explicant illud *Num. xii, 6*: «Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum: at non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est: ore enim ad eo loquor ei: et palam, et non per ænigmata (t figuræ Dominum videt;» quibus verbis, juxta *Bonfrerium*, ex communi interpretum sententia Moysi ceteris prophetis eminentior prophetandi modus attribuitur, videlicet per intellectualem visionem et mere spiritalem allocutionem, absque imaginationis et formarum sensibilium admixtione aut interventu, quod significatur per illa verba: «Ore enim ad eo loquor ei: et palam, et non per ænigmata et figuræ Dominum videt.» Eam-

Optat  
Deum lo-  
qui Jobo  
ignoran-  
ter cum  
vincere.

Sophr  
censet  
Jobum  
Deo allo-  
qui iso-  
dignum.

Quomodo  
Deus lo-  
qui et  
apparere  
in homini-  
bus sen-  
sibilibus.



dem ob causam David quoque ceteris præferat prophetis, qui imaginarias visiones sortiti sunt, quod ipse analogice et pure immaterialiter sine phantasmatum velamento divina præviderit mysteria, et sacra cognoverit arcana *Psalm. L. 8* : « Incerta, inquit, et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi; » et iterum *II Reg. XXII, 2* : « Spiritus, inquit, Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam : sicut lux aurore oriente sole mane absque nubibus rutilat, et sicut pluvius germinat herba de terra; » quæ omnia simul summam quamdam Moysis et Davidis cum Deo conjunctionem familiaritatemque declarat.

Ceterum qua ratione Deus per internam allocationem qua vult nobis manifestat res esse obscura, neque nostri instituti esse eam theologice disputare; satis nobis esse debet Deo non desse modos, quibus nos alloquatur, sive novo lumine indito, novaspice, si necesse sit, rerum species imprimendo, ipsoque hominis intellectu utendo ad ipsius rei manifestationem, sive sopitam rerum antecedentium memoriam suscitando, ac veteres, si quæ sunt in animo, species ordinando. In perfectis certe Dei revelationibus atque locutionibus, quomodocumque tandem fiant, sive verbo sensibili et externo, sive imaginario et interno, sive spiritali et mere intellectuali : ita plerumque illorum, ad quos loquitur, mentem efformat, ut non solum res tanquam presentes mentis oculis cernant; verum etiam a Deo se divinitus moveri sentiant, perinde affecti, ac si ipsum loquentem audirent atque intelligerent. Duo enim ad locutionem requiruntur, ut sit undequaque completa : unum, ut ad alterum conceptus dirigatur; alterum, ut ita dirigatur, ut per illam directionem alter in notitiam conceptus loquentis veniat, sive, ut ita quis loquatur, ut alter audiat, et rem de qua agitur percipere valeat. Utrumque igitur Sophar Jobo hic optare videtur, ut nimirum intelligat longe aliud esse Dei de se iudicium quam ipse arbitratur.

**Vers. 6.** 6. UT OSTENDERET TIBI SECRETA SAPIENTIÆ, ET QUOD MULTIPLEX ESSET LEX EJUS, ET INTELLIGERES QUOD MULTO MINORA EXIGAS AB EO QUAM MERETUR INQUITAS TUA. — Sophar censet Jobum convictum iri, si cum Deo de sua integritate disputaret : quoniam si Deus et semel infinita et inscrutabilia secreta detegeret, facile intelligeret Job longe diversa ratione Deum de nobis quam nos ipsos iudicare, quia multa in nostrorum pectorum recessibus nos latent, que Deo aperta et manifesta sunt; quam Dei infinitam sapientiam, quod S. Paulus reverenter, prudentissime scripsit *I Corinth. IV, 4* : « Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum : qui autem iudicat me Dominus est; » et *Rom. XI, 33*, vehementer divinam sapientiam admiratur dicens : « O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia ejus et investigabiles viæ ejus ! Quis enim cognovit sensum Do-

Multa nos latent que Deo aperta sunt

mini, aut quis consiliarius ejus fuit? » David etiam ait *Psalm. XXV, 7* : « Justitia tua sicut montes Dei : iudicia tua abyssus multa. » Quare dubium non est quin scientia atque sapientia Dei infinita vehementer vel virum debeat terrere sanctissimum : qua de causa dicit David *Psalm. CXLI, 2* : « Non intres in iudicium cum servo tuo : quia non justificabilis in conspectu tuo omnis vivens. » Et ipse Job cap. *XLII, 3*, postquam Deum secum loquentem audivit, reverentior et formidolosior factus, quosdam suos loquendi modos a rectæ voluntatis conscientia protectos reprehendit dicens : « Inspicienter locutus sum, et quæ ultra modum excederet scientiam meam. Audi, ego loquar : interrogabo te, et responde mihi.

Auditu auris audivi te : nunc autem oculus meus vidit te. Ideo ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere. » Non dubium igitur est, quin sapientissimum sit Sophar argumentum; ex illo tamen non concluditur quod ipse concludi vult, cum ait : « Et intelligeres quod multo minora exigas ab eo quam meretur iniquitas tua, » id est, quod minores quam pro meritis penas pendas : certum enim est Jobum non ob scelera sua tot accepisse vulnera; sed ut ejus eximia et constantissima virtus omnibus plana et manifesta fieret, quare si Deus tunc sapientiæ suæ secreta detegeret, ut optabat Sophar, potius ipse quam Job pudore convictus suffunderetur, ut postea planum factum fuit cum Sophar et alii amici Dei jussu Jobum precati sunt, ut eis a Deo stultitiæ suæ veniam impetraret, quoniam non ita recte sicut ipse Job locuti essent. Ex quo intelligitur non minus admirabilem esse infinitam divinæ sapientiæ rationem in iis probandis qui hominum iudicio condemnantur, quam in iis damnandis qui multorum sententiis probi et integri habentur : imo profecto longe majora iudicia immense magnitudinis suæ illo quam hoc modo exhibuit. Ut ex Jesu Christo Salvatore nostro cognosci potest, qui una populi voce ad supplicium postulatus, et iniqua iudicis sententia tam nefariæ libidini permisus : Dei tamen iudicio non solum innocentissimus fuit, sed etiam eximia ejus innocentia ad omnium reorum salutem per se vique sua manavit. Quomodo hominum in re tanta errorem nonnihil antiquior Jobi error præfiguravit, narraturque *Isai. LIII, 4* : « Nos putavimus eum quasi leprosum et percussurum a Deo, et humiliatum : ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. » Quocirca valde moderati homines esse debent in ferendis de aliorum improbitate sententiis.

Porro *multiplex* lex Dei dicitur, id est multa exigens, multa præscribens, multis rationibus multa, multum obligans, ac proinde multis quocumque modis in eam peccatur : in Hebræo autem pro *multiplex* est כפלין *chaplaim*; id est *duplicitas*; et pro voce *lex* est הוסיא *thusiah*, quæ vox gene-

Mirabilis Dei sapientiam in probandis iis probandis quos homines condemnant.

Lex charitatis quomodocumque sit una et simplex.

ralior est, q. d. Dei ratio, sapientia, æquitas, justitia, iudicia (hæc enim omnia significant) multiplicata sunt, ac proinde longe te superant et fugiunt.

Tropologicæ S. Gregorius lib. *X Moral. cap. IV*, hæc explicat de lege charitatis, quæ unica cum sit, si tamen mentem plene ceperit, hæc ad innumera opera multiformiter accendit; sed necesse est ut prius nobis interius loquatur Deus, et labia suæ lucis nobis aperiat, ut arcanum ejus occultissimum et utilissimum cognoscamus; arcanum autem illud est, legem charitatis esse *multiplicem*, et ad omnia præcepta valere : verba S. Gregorii sunt ista : « Lex enim Christi quid congruentius intelligi quam charitas potest? quam tunc vere perficimus, cum fraterna onera ex amore toleramus; sed hæc eadem lex *multiplex* dicitur, quia studiosa sollicitudine charitas ad cuncta virtutum facta dilatur. » Ad omnia sane protenditur facta virtutum, quia velut magistra sapientissima in nostris cordibus clamitat *Tob. IV, 16* : « Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias; » et rursus verbis summæ veritatis exhortatur *Matth. VII, 12* : « Quæ vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis : primo consilio charitas a malis nos advocat; secundo vero ad bona nos provocat : « In his autem duobus tota lex pendet et propheta. » Hæc enim tantum postulabat Isaias cap. *I, 16* : « Quiescite agere perverse, discite bene facere; » et fructum hujus rei subdit : « Si fuerint peccata vestra ut coceum, quasi nix dealbabitur; et si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. » Cum ergo dilectio declinet a malo, et faciat bonum, ad quæ duo omnia legis divinæ et humanæ præcepta referuntur; jure optime *multiplex* dicitur, quæ mirabiliter præceptorum multitudinem ipsa custodit. Sed hæc vide fusius a S. Gregorio ad hunc locum explicata, ubi per inductionem eadem prolixius ostendit. Cum ergo fraterna dilectio sit omnium mandatorum custodia, bonarum actionum compendium, et universarum virtutum finis, ac plane simul cum dilectione Dei spiritualis vite perfectio : merito Christus eam eum vocat *mandatum* dicens *Joan. XV, 12* : « Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. » Jure optime hanc legem in manu sua tollere gloriatur, ut scriptum est *Deuter. XXXIII, 2* : « Et in dextera ejus ignea lex. » Non tantum habet Christus hanc legem in corde, fratres suos, hoc est nos omnes, tenerrime diligens; non tantum in ore, verbis et doctrina dilectionem edocens; sed etiam in dextera operibus exhibens, ut non decipiamus nos ipsos, existimantes corda esse igne charitatis accensa, si verba sunt detractiois plena, et opera felle indignationis referta : « et ut diligamus non verbo neque lingua, sed opere et veritate, » *I Joan. III, 18*.

**Vers. 7.** 7. FORSITAN VESTIGIA DEI COMPREHENDES, ET USQUE DEUS NON AD PERFECTUM OMNIPOTENTEM REFERIES? — Docet

Lex charitatis dum jacet declinat a malo et facere bonum, cuncta præcepta complectitur.

Lex charitatis lex Christi.

Deum humana intelligentia comprehendi non posse; *vestigia* autem Dei appellat creaturas, quas pulchra metaphora S. Dionysius Areopagita *Coel. Hierar. cap. II, § 4*, ἀντίγραφα appellat, id est ultimos non sibilatos, ubi echo quasi desinit, eo quod subscreure nobis Deum et improprie representent, ac quasi vestigium aliquod exhibeant, e quo in obscuram, qualem Deo in hæc vita habere possumus, cognitionem deveniamus : in creaturis enim Deus velut vestigia sui impressa relinquit, ut ibi signa quedam divinæ mentis, rationes scilicet ordinatiæ gubernationis, deprehendi possint; et quidem possunt pro exiguo mortalium captu rationes eæ investigari, et ex parte inveniri; comprehendi vero minime. Equus enim rationes exhauriat, cur vel minimus lapillus ad hæc figuram, quantitate, pondus, colorem, duritiem, et cum hæc illave proprietate creatus fuerit? Pulex profecto nihil sine divinæ mentis prescriptione fieri; at in re quantalacumque tot insunt rationes adeo mirabiles, ut a mortalibus pernosci non valeant. Quapropter ex his Dei vestigiis evincitur minus multo posse Omnipotentem usque ad perfectum reperiri, hoc est exacte cognosci : etenim si quæ incorporeæ substantiæ sunt et simplices, et intellectuales et unite, non solum non subjiciuntur sensibus, ut angeli et anime, ut per eos cognosci possint, sed neque per sensilia, quæ inferioris ordinis sunt, cognitione eas comprehendere, nec earum essentialium spectare possumus; quanto magis excellit Deus sensus et sensilia, qui non est substantia, sed supra substantiam; neque simplex, sed supra quam simplex; neque intellectus, sed supra intellectum; neque unitas, sed supra unitatem; nec ullo termino circumscriptus, sed infinitate sua omnibus solutus, qui ut in se est neque ratione investigari, nec intelligi, neque nominari potest, ut S. Dionysius Areopagita *De Div. Nom. cap. I* et alibi passim docet.

Hinc Joannes Cyparissiotus in præmeditatione *Expos. mater. primum* hoc ponit axioma, « unum esse Deum, impartibilem, infinitum, expertem coloris, inspectabilem, ex nulla naturali representatione cognitum, qui notionem, quando aut quomodo sit, omnino repellit : quem nullo modo quavis parte mens capere potest, nisi tantum per fidem ex creaturis ejus quod sit, non autem quid sit. » Ex nulla, inquit, naturali representatione cognoscitur Deus, sicut v. g. lapis cognoscitur per speciem et similitudinem quæ est in oculo; quia *ἀντίγραφο* est, ut S. Dionysius ait, id est *omni specie caret* et similitudine : ipse enim nullius creature similitudinem habet, nec habere potest. Deum itaque non cognoscimus videntes, quod est cognoscere *ἐπινοῶντες*, sed *ἐνορῶντες* ex creaturis per rationem, id est ex similitudinibus Dei, quæ in creaturis cernuntur, cognoscitur Deus, non quid sit, sed quod sit. Quomodo igitur reperiat, quem nihil eorum quæ notescunt declarat? Deum re-

Deum sensum cogitans quod sit, non quid sit.

Nihil habet Deum re-



non forma, non color, non circumscriptio, non figura, non quantitas, non qualitas, non locus, non conjectura, non similitudo, non proportio: quin potius semper est extra omnem viam comprehendiendi; unde optime concludit S. Dionysius magis propriam theologiam esse quae versatur in negantibus quam quae in aientibus, quantum aequo intervallo ambe istae theologiae a Deo absint. Est enim Deus supra omnem negationem et affirmationem, quae sit cognitio ejus; adeoque juxta Dionysium verior est theologia mystica, nihil videlicet de eo cognoscere aut philosophari, sed potius nescienter, et sine omni intelligentia eorum quae intelligentia percipiuntur, cum eo per fidem, spem et charitatem conjungi ac copulari. Vide plura de hac re apud S. Dionysium lib. *De Myst. Theol.*, et nostras *ibid. Annot.*

Dicitur autem Deus incomprehensibilis quaduplici ratione, primo quidem intellectu, quia nullus creatus intellectus, quantumvis sublimis, potest viribus naturae illum attingere, ita ut illum clare videat, aut cognoscat sicut in se est; sed quantumvis ascendat mente in altum, semper infinite aberit ab ejus clara cognitione; quin imo nec ulla mens creata etiam cum lumine gloriae quantumvis magno potest illum clare comprehendere, hoc est ita illum cognoscere, ut nihil ipsius lateat intuentem seu cognoscentem. Semper enim infinita, imo infinites infinita restabant, quae distincte non cognoscuntur seu concipiuntur, nempe infinite rerum notiones et conceptiones, infinite rerum complacentiae ut ad res possibiles terminantur, infinita decreta conditionata, infiniti modi quibus essentia divina est imitabilis. Et quamvis haec omnia a mente creata in Deo distincte videntur per lumen aliquod gloriae, quale est anima Christi (quod omnino est impossibile) adhuc tamen Deus proprie et perfecte non comprehenderetur: quia illa cognitio claritate non adaequaretur essentiae divinae, nec per eam cognosceretur Deus tam perfecte et clare quam est cognoscibilis; sed infinite ab hac claritate deficeret, cum sit finita; unde ei non adaequaretur, nec esset perfecte comprehensiva, sed solum secundum quid, nempe quoad multitudinem objectorum, non quoad claritatem et perfectionem cognitionis. Secundo est incomprehensibilis *affectu*, quia nulla mens creata potest illum amare, honorare, assequi, laudare, revereri, quantum dignus est; sed ipse omnem amorem, honorem, aestimationem, laudem, reverentiam omnis creaturae, etiam omnium beatorum, infinite superat, juxta illud *Eccii. xliii. 30*: « Gloriantes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua. Terribilis Dominus et magnus vehementer, et mirabilis potentia ipsius. Glorificantes Dominum quantumcumque poteritis, supervalebit adhuc et admirabilis magnificentia ejus. Benedictentes Dominum exaltate illum quantum potestis: major enim est

Deus est incomprehensibilis affectu.

omni laude: exaltantes eum replemini virtute. Ne laboretis: non enim comprehendetis. » Tertio est incomprehensibilis *tempore*, quia cum sit aeternus, est ante omnem durationem conceptibilem, et quidem saeculis infinitis: similiter est post omnem durationem conceptibilis saeculis infinitis, ut Lessius pulchre et fuse explicat *De Divin. Perfect.*, lib. IV. Quarto est incomprehensibilis *loco*, quia cum sit immensus, nullo spatio quantumvis magno concludi potest: vide *ibid.* Lessium lib. II; et de hoc sequenti versu ait:

8 et 9. EXCELSIOR COELO EST, ET QUID PACIES? VERG. 8

PROFUNDIOR INFERNUM, ET ENDE COGNOSCES? LONGIOR TERRA MENSURA EJUS, ET LATIOR MARI. — Pulchra sane periphrasi nobis ob oculos ponit immensitatem Dei quatuor usus dimensionibus, altitudine, profunditate, longitudine, latitudine rerum corporearum, quae novimus maximarum; ex quibus ad incorpoream Dei naturam per excessum construitur argumentum. Dicitur autem Deus immensus ratione magnitudinis et extensionis, quia nimirum ita in omnem partem sursum, deorsum, autorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum extenditur, et quasi diffunditur; ut nullis locorum spatiis, nullis terminis circumscribi queat. Quae res est valde stupenda: cogita extra mundum spatium mille leucarum in omnem partem extensum, adhuc ulterior est Deus: cogita mille miliones leucarum, Deus ulterior invenitur: cogita tot miliones leucarum quot arenae in omnibus littoribus, quot guttae in omnibus aquis, imo quot pulvisculi necessari ad implendum totum universum, adhuc Deus infinitis leucarum millionibus ulterior existit, idque perfectissime et completissime, nempe in tribus personis, et cum omnibus suis perfectionibus, opibus et donis, quae in ipso eminenter continentur. Denique nullum spatium tam magnum ab ulla mente creata concipi potest, quin Deus infinite sit major, et infinite extra et ultra illud in omnem partem diffundatur; non per partes sicut aer, vel aliud corpus, sed per se totum, et per suas, ut ita loquar, totalitates sicut spiritus; ita ut in puncto quolibet totius spatii sit totus non quasi fluctans et mobilis, sed firmiter prorsus et immobiliter tanquam omnium fundamentum. Tota magnitudo universi respectu magnitudinis et extensionis Dei est instar minus parvae guttae ad Oceani immensitatem, vel unius pulvisculi ad vastitatem totius mundi, ut insinuat *Sap. xi. 23*, ubi dicitur: « Tanquam momentum staterae sic est ante te orbis terrarum, et tanquam gutta rosis anteluceani, quae descendit in terram: » imo ut verius dicam, nulla inter Dei et universi magnitudinem et extensionem est proportio, cum magnitudo extensionis divinae infinite excedat non solum magnitudinem universi, sed etiam omnem magnitudinem ab intellectu creato conceptibilem. Neque his obstat quod magnitudo corporalis et spiritalis non videantur posse comparari, quia etsi non possint compa-

Deus incomprehensibilis tempore et loco.

Qua ratione Deus mensus sit et rebus omnibus constituta.

rari in natura, possant tamen in ratione extensionis, ut passim philosophi et theologi tradunt de anima et corpore, de angelis et eorum locis adequatis: plura de his vide Lessium lib. II *De Perfect. divin.*

Hanc divinae immensitatis creatum terramque adimplentis et ubique presentis magnitudinem admiratur atque reverentur David, eodem quo hic Sophar sensu exclamat *Psal. cxxxviii. 6*: « Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infernum ades: si sumpsero pennas meas diluculo, et habitavero in extremis maris: etenim illic manus tua deducet me, » etc.; ubi per caelum quoque et infernum, divini Numinis altitudinem profunditatemque, et per diluculum et extrema maris, longitudinem latitudinemque ad caput nostrum accommodatae designat; ad quem locum ita pulchre S. Chrysostomus in *Cat. Patr. Graec. in Psalm.*: « Quo, inquit, a te proficiam? omnia implens, omnibus ades non per partes, sed omnibus simul totus. Et non dixit: Quocumque abiero sequeris me; sed, Quocumque abiero tu illic es; illic te invenio me prevenientem; » unde probat neminem esse qui possit evadere manum Dei, quia videlicet Deus ubique est, et omnia penetrat atque pervadit, sic ut nullus locus sit, ac ne cogitari quidem possit, quem Deus non repleat, in quo praesens divinae mentis amplitudo non reperitur. Hinc etiam *Jerem. xxii. 24*: « Numquid non caelum et terram ego impleo? dicit Dominus. » Hujus sententiae vim simili quopiam seu exemplo exponere cupiens Mercurius Trismegistus, ait Deum circumlocum esse, cujus centrum ubique sit et circumferentia nusquam; at S. Augustinus lib. VII *Conf. cap. v.* hanc omnium rerum universitatem velut spongiam cogitabat, quam undique mare infinitum ambiret ac penetraret; sic vero hunc mundum occupat, ut loco nullo divina mens definitur et claudatur, ut modo dictum est, in omni spatio, quod ulla fingi cogitatione potest, versetur, quod de spatiis extra mundum infinitis gravissimi theologi asserunt, et fortassis hoc loco Sophar insinuat, cum Deum caelo excelsum pronuntiat; hinc quoque S. Dionysius *Arcopagita lib. De Div. Nom. cap. iii.* Deum ait esse *vin et substantiam ἀνωτατάς παρῶν καὶ ὑπὸν ἅν, ubique praesentem et nusquam*; D. Athanasius eodem sensu, *iv. cii. πᾶσι καὶ ἐν ὅντιν ὅντων, in omnibus et extra omnia*, quod Isidorus Hispalensis lib. I *De Sum. bon. cap. ii.* erudite in hunc modum illustrat: « Immensitas divinae magnitudinis ita est, ut intelligamus eum intra omnia, sed non includi; extra omnia, sed non excludi; et ideo interioriorem, ut omnia contineat; ita exterioriorem, ut incircumscripta magnitudinis suae immensitate omnia concludat, » etc. Pii viri hoc genere meditationis plurimum proficiunt, cum praesentem ubique Deum cogitant et venerunt. Multosque scimus a scelere et maleficio revocatos quod ado-

Deus omnia replet, et ubique praesens est.

randum omnibus Numen adesse cognoscere, cujus fallere oculos aut ultricem criminum manum effugere nulla ratione possent. Sane potentissimum est hominibus frenum, quo usus David in magna fortunae licentia suum animum componebat. Divine S. Leo *Serm. 3 De Quadr.*: « Ista ergo, inquit, scientia summi Judicis, iste est tremendus aspectus, qui pervium est omne solidum, et apertum omne secretum; cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitetur, et sine voce mens loquitur. » In eodem genere considerationis versatus Minutius Felix ita proficitur: « Ubique non tantum nobis proximus, sed infusus est. » Diserte quoque ac eleganter S. Bernardus *serm. 6 De Uolac. Eccles. ait*: « Deus ubique est non diversus, sed diversa distinguitur, apud homines malos prestolans alique dissimulans; apud electos operans et servans; apud superiores pascentis et cubans; apud inferiores arguens et condemnans. » Quare quis sceleratus vivens in Dei praesentia non erubescat, ne dicam exhorrescat?

Tropologicè S. Gregorius lib. X *Moral. cap. vii.* « Cuncta, inquit, haec ad solum hominem referri possunt, ut ipse sit caelum, cum jam per desiderium summis inheret; ipse infernus, cum tentationum suarum caligine perturbatus in infimis jacet; ipse terra, quia in bono opere fixa spei ubertate fructificat; ipse mare, quia in quibusdam tepidus quatitur, et aura sua mutabilitatis agitatur. Sed caelo est excelsoior Deus, quia potentiae ejus magnitudine vincimur, etiam cum super nosmetipsos elevamur; inferno profundior, quia nimirum plus judicat quam ipse humanus animus in tentationibus investigat; terra longinquior, quia fructus vitae, quos in fine retribuit, nequaquam nunc vel spes nostra comprehendit; mari latior, quia humana mens fluctans multa de iis quae ventura sunt coniecit: sed cum jam cernere quae aestimaverat cepit, angustam se fuisse in sua aestimatione cognoscit, » etc. Eleganter quoque Cyprianus lib. *De Idol. vanit.* de vero Deo loquens: « Hic est, inquit, unicus mundi rector, qui universa quae sunt verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat; hic nec videri potest, visu clarior est; nec comprehendi, tactu purior est; nec aestimari, sensu major est; et ideo sic eum digne aestimamus, dum inestimabilem dicimus. »

10. SI SUBVERTERIT OMNIA, VEL IN UNUM COARCTAVERIT, QUIS CONTRADICTIONEM? — Admirabilem divinitus potentiam vim gloriamque depredicat, quam tantam esse ait, ut totam hanc universitatis molem nutu et voluntate contineat, quam, si Deus vellet, posset uno momento in nihilum redigere: praeterea, quod maxime potentiae magnitudinem arguit, hanc eandem machinationem tam vastam, tam paritum dissimilitudine variam et compositione mirabilem, conservato omnium ordine et integritate, non modo in nuce includere, quod de Iliade Homeri fuisse factum memoravit Plinius lib. VII, verum et in punctum coarctare possit.

Quomodo sit homo celum, infernum, terra et mare; ad Deum haec omnia consistat.

Verus est potentia Dei admirabilis in rebus profundis, concipiendis et descruentis.



A Deo non est exigenda facti ratio.

Quod si fecerit, inquit Sophar, quis contradicet ei? quis poterit inficiari, aut dicere: Cur ita facis? Stultarum quippe mentium est divinæ potentie quidquam derogare, aut rationem a Deo exigere, cur hoc vel illud faciat, etiamsi rerum mutet et invertat naturas, si diffusa coarctet, et compressa et coarctata dissolvat et distrahat. Quare illi contumeliam inferunt Deo non vulgarem, qui negant posse Deum Christi corpus in hostia exigua ponere, quod genus stullissimæ impietatis an illudendum sit magis, an lugendum nescio, cum pueriliter negent Deo potentiam, et se funesto exitio perditum eant. « Quis loquetur potentias Domini? » ait Psaltes *Psalm. cv, 2*, vel, ut est in Chaldeo, *quis poterit eloqui fortitudines Domini?* Ita vocat opera mirabilia et gloriosa, ad que necessaria est immensa quedam potentia atque fortitudo; quam *brachii potentiam* Virgo prens in cantico suo *Luc. i, 51*, nominavit: eandem potestatem præconio suo exornans Iudas apostolus ita infit *Jud. xxv*: « Soli Deo gloria, et magnificentia, et imperium, » etc., quod ait *magnificentiam*, græcè *μεγαλειότητα*, Syrus interpres reddit *potentiam*: itaque ipsam magnificentiam Cajetanus ait esse factivam magnoꝝ operum. Nihil certe potest homo vel angelus mente concipere, et depingere cogitatione, quamlibet novum, peregrinum, insolens, opus, mirabile, quod Deus efficere non possit, si modo non involvat contradictionem; imo vero multo plura et majora, et perfectiora, atque pari facilitate, qua totum hoc universum perfecit verbo, nutu, voluntate. Potest mundum infinitis partibus nostro hoc majorem vastioremque efficere, in quo cælum, terra, mare, atque hic complexus omnia orbis pile instar ad beatorum spiritum voluptatem et recreationem jactetur. Etiam mundos innumerabiles posset condere inexplicabili creaturarum varietate, que ab his quas videmus infinitis rationibus discriminentur; alias invenire species tum elementorum, tum animantium, tum etiam intelligentis naturæ: que species natura, perfectione et pulcherrimis dotibus cogitationem omnem nostram antecant. Denique quanta est sapientia Dei, que exemplaria et *ὄντα*; possibilium rerum innumerabiles continet, tanta est illius vis et in efficiendo potentia, et amplam illam mentis intelligentiam exæquat, ut cap. ix & declaravimus.

Potentia Dei est infinita ejusque sapientia superat.

Deus illi quandoque ex traordinaria potentia sua speculatur.

monem, cum spiritus sit, corporato igne torquet, et mirabilius affligit; denique subest cum voluerit posse. In que intendens meditationem animi sui S. Petrus apostolorum corypheus monet *I. Epist. v, 6*, ut humiliter sub potenti manu Dei; et Christus *Luc. xii, 3*, ut cum timeamus, qui potest animam mittere in gehennam. Hæc sane meditatio divinæ potentie ad concipiendam Numinis admirationem, justissimum metum ac reverentiam potest sine dubio plurimum; quam proinde sancti omnes adhibuerunt. Notandum hic pro verbis illis: « Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, » in Hebræo esse, *si succidat, et concludat, aut congregat*; Septuaginta vero *ὅτι διασπασθή τὰ πάντα, si evertent omnia*, solummodo traducentes, reliqua duo verba tanquam hoc uno comprehensa prætermiserunt; quod nimirum verbum *evertendi* genericum sit, omnem excisionis et eversionis modum comprehendens. Vulgatus autem interpres et genus et unum præterea verbum transtulit, alteram prætermisit, nimirum *et concludat*, quod et genere et subjecta specie continetur. Oportet igitur intelligere quem evertendi modum Sophar subjiciat, si congregat atque claudat: nam cum rerum distinctione compositis et ornatis fuerit orbis terrarum, quod si omnia in unum locum ab eo compellerentur, fieret illa indigesta moles et rerum confusio, quam *chaos* Græci nominarunt, que magna esset orbis terrarum eversio, quam præstare facile potest is qui distinxit et informavit universum. Declarat igitur Sophar scientiam Dei infinitam cum infinita etiam potentia esse conjunctam, ac proinde temerarium esse cum eo velle judicio decertare. Quod Job non ignorabat, imo luculentius de summa Dei scientia atque potentia cap. ix, 4, disputavit dicens: « Sapiens corde, et fortis robore, » etc., ejusque fortitudinem et rerum creatione demonstravit: quare hoc argumentum minime refutat eum, qui non potentia et scientia sua, sed veritate et honestissimum consiliorum consentientia fretus audeat apud optimum judicem suam causam agere.

Porro illa verba: « Quis contradicet ei? » significant neminem prorsus esse qui possit Deum impedire, aut cui teneretur facti sui rationem reddere, quod supremum et absolutissimum ejus in res omnes dominium arguit, quo omnia essentialiter ipsius sunt tanquam ipsius opera et figmenta, que ipse sua sapientia excoogitavit, et omnipotentia ex nihilo formavit, et ad suam gloriam aliquo modo representandam et insinuandam exstare voluit; ac proinde de omnibus pro suo arbitrio potest disponere, cum omnia ab ipsius nutu et libera voluntate omnibus momentis dependeat; nec ullum habeant esse, nisi quod ipse pro sua liberalitate in illa infudit. Itaque longe plus juris et potestatis habet in totum universum, in omnes angelos et homines, quam quilibet dominus in suum jumentum, figulus in figmentum, homo in actiones suas liberat: quia nec domi-

Absolute sistimum Dei in res omnes dominium.

nium suum jumentum a se habet, nec figulus lutum, artem, ignem, industriam, que illi ad ollam conficiendam necessaria sunt, nec homo facultates, quibus actiones suas perficit: Deus autem omnia a semetipso habet, que ad rem ipsam perficiendam et obtinendam pertinent, cum omnia nihil sint aliud quam liberæ ipsius operationis extoræ terminus intrinsecus, quo fit ut ipsius Dominium sit infinite perfectionis, nec ulli creature communicabile, nec ulla res creata extra ipsius dominium constitui aut sui juris effici possit, cum essentialiter a Deo tanquam primo principio et ultimo fine pendeat.

14. IPSE ENIM NOVIT HOMINUM VANITATEM, ET VIDENS INIQUITATEM NONNE CONSIDERAT? — in Hebræo est, *nam ipse novit homines vanitatis*, id est *vanos*; epitheton sane convenientissimum: nihil enim vanius homine, qui non solum vanus, sed ipsa vanitas est, juxta illud regii Psalmiste *Psalm. xxxviii, 8*: « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens: » hebraice est *כִּלְכִּלְהוּל* *col hehel*, ita ut vox universa sit feminini generis per constructionem substantivi et adjecivi, *q. d.* Omnis homo vivens est *universa vanitas*, id est *vanissimus*: ita ut omnis creaturarum vanitas et miseria in humana specie quodammodo aggregetur, atque omnis vanitatis omnium creaturarum aliquid aut totum habeat homo, dum que in aliis est dispersa, in eo uno simul invenitur atque colligitur; græcè tamen alia est constructio, *παντα τα σπλαγχνα κενωσεν, vtrumtamen omnia vanitas*, quod aliqui exponunt per eclipsin *κατα*, *q. d.* Per omnia est *vanitas omnis homo vivens*; sed simplicior est hebraica constructio, ut sit sensus: Omnis homo vivens est mera, summa et perfecta vanitas, ita ut non sit ficta, vel putativa, sed vera certaque vanitas; nec particula duntaxat aut portio aliqua vanitatis, sed universa, tota quanta et integra vanitas. Nam ut homo est quodammodo omnia; siquidem cum omni creatura quidpiam commune habet, scilicet esse cum inanimatis, cum plantis vivere et vegetari, cum brutis appetere, sentire, moveri, cum angelis intelligere, rationari, velle, meminisse: ita eorundem quoque simul omnium participat et continet vanitatem, cum rebus enim animæ expertibus, corrupte casibus, et cæli, elementorum, locorum, temporum et variorum accidentium corporeorum injuriis est obnoxius: cum viventibus variæ mutationis et instabilitatis, nec non accretionis, decretionis, nutritionis, corruptionis, mortis et interitus necessitati vel invitæ subjacet: cum sentientibus universam sensuum et sensibilibus affectionum et dolorum ac cruciatuum molestiam percipit: cum angelis alternationem, volubilitatem et mutabilitatem cogitationum, voluntatum, studiorum, rationum, consiliorum experitur. Quin imo longe superat horum simul omnium vanitates et inconstantias: nam præter curas vite varias et ancipites, hoc habet proprium, ut non uni peccato-

rum generi, sed variis, multiplicibus atque adeo innumeris pene subjacet, ita ut vanitatum et miseriarum omnium epitome seu compendium merito dici possit; hinc alio loco idem Psalmographus *Psalm. cxliii, 8*: « Quod Theodion vertit, tati similis factus est, » cui similis est illa *Jacob. iv, 14*, sententia, quam a regio Vate sumpsisse videtur: « Quid est eniui vita vestra? vapor est ad modicum parens: » quid vilius eo quod in modum vaporis dissipatur, et ad nictationem oculi nusquam comparet? Homo vere vanitati similis dicitur, cujus sicut umbra dies prætereunt, ut sicut nihil vanitate inanitus, nihil umbra instabilis est: ita humanam vitam et inanem et instabilem et brevissimum esse discamus.

Ut igitur hanc hominum vanitatem melius perspectam habeamus, et verum nostri ipsorum notitiam, que ad bene vivendum prorsus necessaria est, acquiramus, considerandum nobis ante omnia, et attentæ cogitatione pensandum, quid sit homo, ut quid omnino possit; atque hic loquatur ipsa natura, et confundat superbi animales inanissimam opinionem et tumorem, si quis sit qui sibi aliquid magni esse videatur. Homo ex nihilo subito emicuit obstetricante manu Dei, in nihilo prosapia ejus, in nihilo ut proprio insidet, in eodem vis illius omnis atque potentia, et si breviter definire lubet: « Homo est nihil imbecillitate vestitum. » Quod si vere gravissimum aliquid dixerunt, physiologiam secuti, potentiam sequi ad esse, qui per se nihil est, quid magnopere per se possit? itaque divinæ Litteræ hominem vocant meram vanitatem, idolum, mendacium, imaginem, umbraticam speciem et fugientem, rem videlicet inanissimam, uno verbo nihil. Vates regius vel sacro tripode loquens, plenus Deo: « Verumtamen, inquit *Psalm. vi, 9*, vani filii hominum: mendaces filii hominum in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum; » quod in Hebræo paulo illustrius in rem nostram hoc modo legitur, *vanitas filii hominum: mendaces filii hominum in stateris, ad ascendendum ipsi præ vanitate in idipsum*, id est filii hominum non solum vanitatis sunt et mendacium, verum etiam positi in statera cum ipsa vanitate ascendunt præ vacillate, ac per hoc leviores et magis vani sunt quam ipsa vanitas. Que est elegantissima amplificatio, inquit Bellarminus; nec minus eleganter homo dicitur *mendacium in stateris*, qui se videlicet ponderans magni aestimet familiari mendacio, cum sit larva tantum picta et humana pellicula colorata, quam si sustuleris, reperies nihil et ipsamet vanitatem. Quin, inquit David: « Ipsi de vanitate in idipsum, » et nihilo orti ipsi et vanitate, in eandem ipsam pondere suo atque nutu recidunt et revertuntur, ni molitor omnium Deus impediatur. Alio loco plus Vates nominat eundem *imaginem*, picturam videlicet umbratilem et evanescentem, que visa celeriter evolet ab oculis, et

Homo vanitas et vapor.

Homo est nihil vanitate vestitum, et morvanitas.

Homo mendacium, et imago umbraticum.